*termino reſponderit velle* i *vti puniretur de falſo tamquam ſcienter producens, vt dixi ſupra, verſ. vtens dicto.* k *Et ſcias* k *quòd ſtatuto dicto termino, tenetur clare reſpondere, & ſine vlla conditione, vel adiectione, an velit*

134 Item † adde, quòd contra hanc præſumptam ſcientiam admittitur probatio in contrarium, etiam, quòd datus ſit terminus ad deliberandum, ita notat Menoch. de arbitr.
135 dict. caſu 315. numero 18. & 19. & idem † eſſet etiam ſi ex ſtatuto contumax in comparendo habetur pro confeſſo, & conuicto, quia admittetur eius probatio ſi voluerit probare de eius innocentia, & ita deciſum fuit per ſacrum Regium Conſilium in cauſa cuiuſdam medici condemnati de falſo ad truncationem manus per magnam Curiam Vicariæ, vt atteſtatur Grammat. in addit. ad Regiam Prag. incip teſtem falſum, num. 18. *Baiard.*

i *Punitur de falſo.* ] Pone, Titius produxit falſum inſtrumentum mutui contra Sempronium; & Sempronius produxit falſum inſtrumentum ſolutionis contra Titium, an vterque puniatur criminaliter, ex quo vterque contra bonos mores deliquit contra Rempublicam: quod ſic, per Bald. in rub. C. de fid. inſtr. num. 30. Sed quis iſtorum perdet cauſam, dic, quòd ſententia pro reo eſt ferenda, quia in pari turpitudine melior eſt conditio poſſidentis, per Bald. ibi. vide etiam in l. cum mulier. num. 2. ff. ſolut. matr. pro quo eſt tex. in l. cum par, & ibi Dec. & Cagnol. notant. ff. de reg. iur. & facit, quod tradit Dyn. in cap. quod ſemel. col. 2. verſ. ſed diſtingue, & verſic. ſequent. de regul. iur. in 6. *Giach.*

k *Quod ſtatuto.* ] De quo tameu Vulpel. reſponſ. 134. per tot. Tu tamen vide ſtat. Mediol. in nouiſſ. cap. 208. vbi Apoſtil. *Roſ.*

*Quod ſtatuto dicto termino.* ] † Adde, quòd dato termi-
136 no ad reſpondendum, interrogatus, ne videatur tacitè confiteri, Inſtrumentum eſſe falſum, renuntiando vſui debet reſpondere cum iſta proteſtatione, quod non renuntiat propter hoc, quòd credat, Inſtrumentum eſſe falſum, & poſſet dicere, quia habet alias probationes, & hoc modo poſſet vti illo Inſtrumento contra aliam perſonam, vt per Caſtrenſ. in l. ſi aduerſarius, C. de fide inſtrum. & Bald. in l. fin. ſub numero 9. C. eodem titulo dicit, quòd debet reſpondere hoc modo, quia non puto, mihi hunc teſtem, vel hoc Inſtrumentum neceſſarium; ideò de hoc teſte, vel Inſtrumento non curans vſui cedo; & ibi etiam dat conſilium, quòd talia potius faciat per procuratorem generalem cum libera, quam per ſe. Ad prædicta vide omnino Cepo. caut. 53. numero 1. Cotta. in memorial. in ver. Inſtrumento, vel teſtibus, verſ. debebit ergo, & Menoch. d. caſu. 315. num. 21. & ibi num. 28. habetur, quòd quando renunciat vſui teſtium falſorum, dicat cauſam, cur vti non vult, dicenda, quia credebat illos verum dixiſſe.

137 Item † adde, quòd huiuſmodi interrogatio poteſt fieri, etiam quòd ſcriptura per procuratorem producta fuerit, & principalis poterit interrogari. Lapus alleg. 119. Immo ambo erunt interrogandi ſimul; nam, ſi principalis reſponderit nolle vti, tunc ſolus procurator tenebitur, ita not. Caſtren. in l. ſi ius iniquum, §. procurator, num. 5. ff. quod quiſque iur. Roman. conſil. 105. num. 2. & Gabriel. comm.
138 concluſ. lib. 7. concluſ. 7. num. 4. & † procurator non poteſt reſpondere, licèt haberet mandatum ſpeciale, & ſpecialiſſimum, ſed requiritur mandatum in indiuiduo ad ita, & ita reſpondendum; alias in criminalibus non præiudicaret domino. ita Bart. in l. filiusfam. num. 11. ff. de donat. & Menoch. d. caſu 315. num. 25. vel quod dominus ratum habuerit, Capyc. deciſ. 67. num. 3. nec ſufficeret mandatum generale cum libera ad reſpondendum, quia talis procurator non poſſet facere, quòd dominus caderet in pœnam, vt per Rim. iun. in conſ. 345. vol. 3. & † ſicut procurator, qui non habet mandatum in indiuiduo, non poteſt reſpondere, ita etiam interrogatus à procuratore non tenetur reſpondere, ſecundum Spec. de procur. §. 1. quæſt. 14. num. 12.

140 Item † adde, quod hæc praxis interrogandi ſumitur in l. ſi vteris, C. de fide inſtrument. quæ lex licèt loquatur de inſtrumento, tamen habet locum etiam in teſtibus eadem ratione, & interrogatio debet concipi in ſpecie, non in confuſo, vtrum velit, vti, vel ne Inſtrumento, vel ſcriptura producta, & omnibus in eis contentis, & debet exprimi in interrogatione, quæ pars intendatur argui de falſo, & debet etiam proteſtari, ſe velle illam partem, ſeu totam ſcripturam redarguere de falſo, ſuper qua fit interrogatio; alias producens non tenetur præciſè reſpondere, Archid. in cap. memoriã diſtin. 19. Aret. in §. appellantur colum. 5. verſ. Sed pone, Inſtitut. de except. Gabriel. d. concluſ. 7. numer. 1. & 9. & Vrſil. ad Afflict. in deciſ. 189. num. 2.* Ripa in cap. cum M. Ferrarienſis, numer. 100. de conſtit. Alex. in d. cap. in memoriam, num. 4. diſtin. 19. Natt. conſ. 635. num. 4. volum. 3. & Carpan. ad ſtatut. Mediolani cap. 36. verſ. producti. Sed poſſet dici contrarium; quando quis vult redarguere inſtrumentum de falſo, quia non debet cogi dicere, in qua parte velit dicere falſum, Bald. in l. fin. numer. 2. C. de fide Inſtrument. & Grammat. in addit. ad pragmat. Regni, teſtem falſum, num. 17. dicit, quòd ideò non tenetur quis declarare, quando intendit arguere inſtrumentum de falſo, ex quo, an equàm ſibi exhibeatur inſtrumentum originale, non poteſt ſcire, in qua parte ſit falſitas, ſi vellet inſtrumentum arguere ex cauſa raſuræ, vel alterius vitij, de quo non apparet in copia, facta tamen editione accuſatio debet eſſe clara, Capyc. deciſ. 79. num. 2. quæ ratio ceſſat in teſtibus, ex quo pars poteſt ſe certificare, ſuper quo vult eos redarguere.

141 Item † adde, quòd debet fieri proteſtatio per petentem fieri declarationem, quòd vult partem, & teſtes redarguere de falſo; aliàs non teneretur de falſo; Bal. in l. diuus, la 2. ff. de falſ. & Natt. conſ. 635. num. 6. vol. 3.

142 Item † adde, quòd hæc interrogatio poteſt fieri in quacunque parte iudicij, vt not. Vrſill. in additio. ad Afflict. in deciſ. 265. maximè num. 4. vbi dicit in Praxi ſeruari, quòd etiam poſt rem iudicatam.

143 Item † adde, quòd ſi quis vſus fuerit falſo inſtrumento in prima inſtantia, & poſtea in cauſa appellationis dixerit, ſe eo vti nolle, eſt locus pœnitentiæ, ſecundum Bald. in l. alia, col. fin. verſ. Extra quæro, C. de his quibus, vt in dign. quod dictum pro notabili refert, & ſequitur Alexand. conſ. 108. col. fin. volum. 6. & Crauet conſ. 46. num. 11. quod tamen procedit, ſi in prima inſtantia non fuerit interrogatus: ſecus verò, ſi interrogatus fuiſſet, quia tunc debet puniri, & non eſſet locus pœnitentiæ in cauſa appellationis. ita declarat Menoch. dicto caſu 315. num. 29.

144 Item † adde, quòd poſt datum terminum ad reſpondendum reſponſio debet eſſe clara, & nitida, ſine aliqua conditione, & proteſtatione: aliàs perinde eſt, ac ſi non fuiſſet reſponſum, vt voluit Bart. in d. l. diuus la 2. num. 2. ff. ad leg. Corn. de falſ. Lapus allegat. 119. num. 4. Bald. qui loquitur in terminis ſtatuti in conſ. 96. decret. volum. 1. Cæpo. caut. 53. num. 2. Fulgoſ. conſ. 177. per totum; & ſecundum hanc opin. fuit iudicatũ, Afflict. deciſ. 189. vbi Vrſil. in addit. Ferret. conſ. 88. Bero. conſ. 22. nu. 34. vol. 3. quos omnes refert, & ſequitur Bertaz. in conſ. 496. vbi latè per totum vol. 2.

Item adde, quòd reſponſio facta cum proteſtatione detendo ſcriptura, quatenus vera ſit, vel quòd vult vti in illis paſſibus, & punctis, in eius fauorem reddentibus, non valet, ſi facta fuerit poſt interrogationem, & terminum datum: ſecus autem, ſi ante, Fulgoſ. dicto conſ. 177. Afflict. dict. deciſ. 189. Bald. conſ. 96. in princ. vol. 1. & latè Bertaz. dict. conſ. 496. num. 6. volum. 2.

Item adde, quòd reſpondens velle vti teſtibus in concernentibus ſubſtantiam neceſſariam negotij, de quo agitur, & fidem teſtium productorum ad eius victoriam; in alijs autem non concernentibus negotium, de quo agitur, nec neceſſarijs, ſi quæ ſunt, non curat vti, quia eis non egeat, nec neceſſaria ſint, nec proſint ad victoriam cauſæ, declarando, intelligendo, concordando, diſtinguendo, limitando,



*vti* l *vel non, & hoc ſiue ſit factum proprium, ſiue alienum, & ſiue poſſit de eo veriſimiliter eſſe inſtructus, ſiue non. Et eſt communis opin. vt dicit Boſ. in tit. de falſis, nu. 155. Bene verum eſt, quòd ſi agatur de facto alieno, de quo non ſit veriſimiliter inſtructus, iudex debet illi (ſi eam petat) concedere longiorem dilationem ad reſpondendum, quàm ſi ageretur de facto proprio. Et ita vſu obſeruatur.*

26 *Scias* m *etiam, quod ille, qui vtitur falſo inſtrumento, mitius punitur, quam ille, qui illud fabricauit, vel fabricari fecit: nam ſolummodo punitur pęna relegationis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Salic. in l. ſi vteris, numero 4. C. de fid. inſtr. Fabricans autem punitur pęna falſi ordinaria, quæ eſt deportatio cum publicatione bonorum.*

27 *Notarius* n *autem non modo fabricando falſa inſtrumenta dicitur falſum committere, ſed etiam ſi in in-*

tando, & ſupplendo eorum dicta ſecundum Ius, &c. talis reſponſio eſt admittenda ſecundũ vſum, vt ait Boſſ. in tit. de falſ. num. 155. cum ſequent. ſed Bertaz. in dict. conſil. 496. num. 6. dicit, hanc reſponſionem procedere poſſe ante interrogationem, & dationem termini ad reſpondendum, vel in Statu Mediolani, vbi eſt talis vſus.

Item adde, quòd quis non poteſt reſpondere, quòd vult vti in tali loco, vel in talibus verbis, Oldrad. conſ. 32. Cæpol. conſil. 53. & Socin. iun. conſ. 41. vol. 2.

145 Item † adde, quòd reſpondens nolle vti teſtibus, vel ſcripturis productis, non euitat pœnam falſi, ſi teſtes produxit, vt falſum deponerent, vel inſtrumentum, ſeu ſcripturas falſas fabricauerit, Bart. in l. 3. num. 4. & ibi Bald. num. 5. C. de fid. inſtrum. Crau. conſ. 46. num. 11. Abb. in cap. præſentiam num. 10. de teſtib. Ruin. conſil. 86. num. 3. uolum. 4. Menoch. de arbitr. Iud. dict. caſu 315. num. 30. & Anch. iun. quæſt. 44. num. 3. & 4. par. 1.

146 Item † adde, quòd pariter non excuſatus de productione articuli, & capituli falſi, etiam quòd reſpondeat; non uelle uti teſtibus, ut notat Fulgoſ. in cap. præſentium, num. 11. declarando, ut ibi per eum de teſti. Ruin. dict. conſil. 86. num. 6. uolum. 4. Boſſ in tit. de falſ. num. 154. Foller. in pract. crim. part. 1. ſecundæ part. in verſic. Item quod commiſit falſitatem nu. 44. & Menoch. d. caſu 315. num. 30. niſi ſe excuſaret ex iuſta cauſa, quia fabricaſſet eos ſuper facto alieno, ut ibi per eum.

147 Item † adde, quòd reſpondens nolle uti non excuſatur, ſi reſpondiſſet longè poſt diſceptationem habitam ſuper falſitate, & ueritate productorum, renuntiando uſui, Menoch. dict. caſu 315. num. 29.

148 Item † adde, quòd reſpondens nolle uti Inſtrumento, quod ſuſpicatur falſum, ſi deinde aliud producat eiuſdem tenoris rogatum ab alio Notario, an poſſit eo uti Afflict. ſuper conſtit. Regni. libr. 3. rubr. 40. cap. qui falſo, num. 3. ubi ſe refert ad diſtinctionem Bart. in l. fin. quis legatum, ff. ad leg. Corn. de falſ. quæ uideri poteſt.

149 Item † adde, ſi quis reſpondit, nolle uti; pars contraria uti poterit, Crau. de antiq temp. in prima part. num. 150. Boſſ. in tit. de public. proceſſ. nu. 17. & Boer deciſ. 245. & de fiſco uide Boſſ. in titul. de falſ. num. 127. & nu. 162. ubi dicit, quòd poteſt uti illis teſtibus.

150 Item † adde, quòd non reſpondens, uel obſcurè, aut qualificautiuè, habetur, ac ſi reſpondiſſet, non uelle uti, not. Bald. conſ. 96. nu. 3. uolum. 1. Cæp. in caut. 53. nu. 3. Socin. ſentent. conſil. 24. numer. 31. uolum. 1. requiritur tamen contumaciæ accuſatio, Roland. conſ. 99. num. 6. uolum. 3. & pronuntia, ſeu declaratoria Iudicis ſuper contumacia, quòd habeatur pro negante Bart. in l. eiuſque delatorem num. 2. ff. de iure fiſci. Bald. in l. 1. num. 84. C. de confeſſ. latè Capyc. deciſ. 121. num. 24. & Marſ. in pact. crimin. §. aggredior, num. 105. cum ſequen. maximè num. 123. & 124. & in hac pronuntia fienda, an requiratur partis citatio, Gabriel. commun. concluſ. tit. de citation. concluſ. 1. num. 363. & latè Tiraquel. in tract. Res inter alios acta, limit. 15. & 31. Et an à tali pronuntia appellare liceat, ſtante ſtatuto, quòd contumax in non reſpondendo habeatur pro negante, ad tradita per Bald. in conſ. 269. in princip. uol. 1. Ripa in l. 1. num. 28. ff de Vulg. & pupil. & Aſin. in Praxi. §. 19. cap. 15. num. 5. & 6.

151 Item † adde, quòd non reſpondens, antequam pronuntietur contra eum, poteſt moram purgare deinde reſpondendo; ita not. Caſtrenſ. in l. 2. §. Quòd ſi actor numero 2. ad finem; ubi Curt. iun. num. 11. C. de iur. calum. & ſic re integra poteſt moram purgare, not. etiam Caſtrenſ. conſ. 160. num. 1. vol. 1. Alexan. in l. ſi inſulam num. 36. ff. de verb. oblig. Aſin. in Prax. §. 10. cap. 15. ad finem, & etiam poſt pronuntiam poteſt admitti contumax ad reſpondendum, re integra, donec ſecuta ſit ſententia ſuper cauſa principali, not. Orian. in cap. Quoniam contra num. 13. de probat. Ripa in dict. l. ſi inſulam, num. 89. ff. de verb. oblig. Aſin. vbi ſupra. Oſaſch. deciſ. 5. nu. 4 verſic. Nec videatur limitando, vbi aduerſarius non grauaretur in probando, hoc in poſitionibus procedere idem Oſaſch. deciſ. 71. num. 56. Per Principem autẽ poteſt indulgeri ad reſpondẽdum, re integra, etiam poſt ſententiam non executam, refectis expenſis. Bal. conſ. 121. volum. 1.

152 Item † adde, quòd ſtante ſtatuto, vt eſt Mediolani, quod in quibuſdam caſib. an velit vti teſtibus, reſpondere non teneatur, ſi conſtabit, quod quis ſcienter falſis teſtibus vſus fuerit, non obſtante tali ſtatuto, reſpondere tenebitur, Boſſ. in tit. de falſ. nu. 118. & 153. quem refert, & ſequitur Aſin. in praxi. §. 20. cap. 2. *Baiard.*

l *Vel non.* ] Quid ſi pars producens non vellet vti? poteſt tamen pars altera vti. Aret. conſil. 141. in princ. Crau. de antiq. temp. in prima parte. num. 152. Fely. in ca. de Teſtib. Boſſ. in tit. de public. proceſſ. & teſti. num. 17. Idem, ſi dicatur, nolo vti. Fiſcus tamen poteſt vti, per Boſſ. titul. de falſis, num. 127. & 162. & Bart. quæſt. Iudex maleficiorum, colum. 3. in fin. *Giach.*

m *Scias etiam.* ] Adde, † quòd Carau. in tit. 281. num. 5.
153 videtur tenere contrarium, dicens, quòd falſificans ſcripturam priuatam, quæ probat, punitur pęna falſi. ſicut vtens, & allegat tex. in l. ſi quis decurio, & ibi Bald. C. de falſ. & multos alios text. & etiam Alex. in conſ. 7. nu. 1. Sed vide Menoch. de arbitr. Iud. caſu 315. num. 3. vbi tenet, quod falſo inſtrumento vtens, pęna arbitraria punitur. *Baiard.*

n *Notarius autem.* ] Quid de notario; qui mutauit † ſi-
154 gnum ſuũ? dic, quod falſi pęna tenetur. Gloſſ. in §. Item lege Corn. Inſtitut. de pub. iud. & pro ſingulari poſuit Claraquen. in ſingul. 13. Item Notarij perſona, vbi aliqualiter eſt ſuſpecta, & fama eius non multum bona, tunc probatur falſitas contra eum per veriſimiles coniecturas, vt per Crauet. eius conſil. 178. colum. 2. in fine. Et contra falſificantem falſum inſtrumentum poteſt inquiri, & procedi, etiam poſt tempus datum à ſtatuto ad inquirendum de maleficijs, cum falſi crimen intelligatur à ſtatuto exceptum, vt per Marſ. ſingul. 507. *Giach.*

*Notarius autem.* ] Vide pract. Papien. in for. libell. in actione hipoth. in gloſ. mutuo, num. 18. Alexan. conſil. 78. num. 23. volum. 1. Quid autem ſi Notarius clauſulam, & cetero vno modo extendat, quo ſic de iure extendi non poſſit, vtrum incidat in pęnam falſi? Vltra Crauet. conſil. 34. annot. 5. cum ſequentibus, vide Martinum de Garatis Laudenſem, inter conſilia criminalia diuerſ. conſ. 62. parte prima, vbi reperies quod circa ſubſtantiam negotij, clauſula, & cetera, nihil operatur, nec poteſt aliter extendi; & aduertè, quòd licet hic dicatur, quod ſi Notarius ponat aliquid in inſtrumento, quod verum non ſit, falſum committat, tamen non ſufficit ad pœnam falſi, quòd non ſit verum, ſed requiritur dolus, inter conſilia criminalia diuerſ. conſ. 63. numer. 4. volum. 1. Et ideo ſi quis credit iurare uerum, etſi falſum iuret, non efficitur periurus. 22. quæſtio. 2. cap. omnis, quem text. in propoſito allegat Dec. in cap. cum uenerabilis, numero 112. de except. ſed tu uide, gloſſ. melius diſtinguentem in l. Lucius, in uerbo, debeant, ff. de his qui not. infam. *Drogh.*

n *Notarius autem.* ] Adde uidendum addentem ad
155 Bertaz. in conſilio 544. ubi latiſſimè de quæſtione. † An notarius

nota rius falſum committat, ſi in Inſtrumento mutui appoſuit uerbum, numerauit, & pecunia non fuit numerata.

156 Item † adde, quòd notarius conficiens inſtrumentum mutui, & aſſerens, quòd heri in ſua præſentia fuit numerata pecunia, non punitur de falſo, licèt falſum dicat, quia loquitur, ut priuata perſona, cum non probet de numeratione; nam tempore numerationis non fuit de dicta numeratione rogatus. Notarius enim non poteſt atteſtari in inſtrumento, niſi de viſis tempore rogationis. ità notabil. tradit Bald. in l. ex his. col. 2. C. de teſtam. mil.

* Item, & falſum cõmittit Notarius, qui cum ei aliquis dictaret inſtrumẽtum, doloſè quid omittit: Tiraquel. de pœn. cauſa 44. numer. 16. vbi ſupra num. 35. ponit Notario delinquenti in omittendo, fiſcumque, vel rempublicam lędenti, vt quia doloſè omiſerit ſcribere ſolutiones tributorũ, manum amputari.

157 Item † adde, quod contra notarium in materia teſtamenti ceſſat ſuſpicio falſi, quando teſtator viuit, cum agatur de modico præiudicio, quia teſtamentum eſt reuocabile, Port. conſil. 95. numero 10. *Baiard.*

o *Aliquid apponat.* ] Quid ſi vnum locum pro alio Vulpel. conſ. 47. *Roſ.*

p *Sic etiam.* ] Vide quæ Dec. conſ. 77. nu. 15. per totum. *Roſ.*

*Sic etiam, ſi notarius.* ]

158 Adde, † quòd ſi conſuetudo eſt, vt notarius ſcribat nomina etiam abſentium, talis conſuetudo excuſat notarium à pœna falſi, vt tradit Iacob. de Sancto Georg. in l. de quibus num. 54. ff. de legi. *Baiard.*

b *Erat abſens.* ] Hic nota, quòd ſi conſuetudo eſt, vt notarius in inſtrumento ſcribat nomina etiam abſentium, quòd talis conſuetudo excuſat Notarium a pœna falſi per Iacob. de S. Georg. in l. de quibus, num. 54. ff. de legibus. *Giach.*

*ſtrumento ° aliquid apponat, quod verum non ſit, puta ſi in inſtrumento mutui apponat verbum, Numerauit, cum tamen tempore celebrati contractus nulla pecunia fuerit numerata; & ideo debet puniri de falſo. ita dicit gloſ. in l. ex cautione, in gloſ. magna ff. de pac. quam ſequuntur omnes, vt dicit Alexand. in l. prædia, num. 4. ff. de acquir. poſſeſ. Hanc etiam dicunt eſſe communem opin. Scribentes in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. & in ſpecie Iaſ. nu. 48. qui dicit, quod totus mundus eam ſequitur, & Dec. num. 33. quem refert Diaz. regul. 492. Et licet Bart. in d. l. prædia, num. 3. poſt Iacob. But. videatur tenere, quod illud verbum, numerauit, poſſit etiam verificari in actu ficto, illa tamen opin. communiter damnatur, vt dicit Alexan. in ead. l. ſingularia, poſt num. 33. quem refert Dec. ibi, poſt num. 33. & Foller. in pract. crimin. fol. 126. numero 67. Idem dicit Curt. Iunior in ead. l. ſingularia, numero 36. Non enim debet notarius conficere inſtrumentum, niſi de iis, quæ ſenſu corporis tunc percipit, ſecundum Doctor. Bart. in authen. ſi quis in aliquo, circa fin. Cod. de edendo, quam dicit eſſe communiter approbatam Curt. Iun. in dict. l. ſingularia poſt num. 36.*

28 *Sic p etiam ſi notarius ſcripſerit in inſtrumento, Rogauit Titius, ſpopondit Mæuius, & probetur, quod tempore confecti inſtrumenti Titius q erat abſens, proculdubio incidit in pęnam falſi. ita ſentit Bart. in l. iuriſgentium, §. quod ferè, ff. de pact. quam ſequuntur communiter Doctores, vt atteſtatur Ripa in l. 1. in princip. num. 3. ff. de verb. oblig. Licet enim quis poſſit interrogare, & alius reſpondere ex interuallo; tamen cum in inſtrumento apponatur locus, & tempus præciſum, non debet notarius (vt dixi) ponere in inſtrumento niſi ea, quæ percipit ſenſu corporis tempore confecti inſtrumenti: r aliàs incidit in crimen falſi.*

*Pariter ſ etiã notarius omittens apponere ſolemnitates requiſitas in inſtrumento, de quo eſt rogatus, incidit in pęnam falſi. Et ita communiter tenetur, vt dicit Corne. conſil. 53. in litera G. lib. 4. Scias tamen, quòd propter hoc non punitur de falſo, niſi in caſibus à iure expreſſis. Et hæc eſt commun. opin. vt dicit Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Falſario, in fin. quem refert Pract. Conradi, fol. 393. num. 10.*

29 *Adde, u quod notarius conficiens inſtrumentum ſuper re illicita, extra caſus à iure permiſſos, incidit in pęnam falſi, ita tenet Bart. in l. 1. verſicul. Venio ad tertiam. C. de petit. bon. ſubla. lib. 10. cuius opin. ab omnibus approbatur, vt dicit Aug. ad Ang. de malef. in dict. verbo, Falſario, num. 46. quem refert Pract. Conradi, fol. 363. num. 9. in fin.*

r *Alias incidit in crimen falſi.* ] Quid de eo, qui facit fieri falſam relationem Notario. Dic, quòd licèt non dicatur feciſſe fieri falſum inſtrumentum, quòd tamen punitur de falſo ex iſto, quia iudici obrepſit non veram relationem oſtendendo; ita per Bart. in conſ. 199. & Boer. deciſ. 235. col 3. *Giach.*

ſ *Pariter etiam Notarius.* ] Hic vnum ſcias, quòd Nota-

159 rius † nõ tenetur exhibere prothocollum de inſtrumento in actis non exhibito, illud de falſo redarguere volenti, vt per Roland. in conſ. 44. in 1. dub. vol. 1. vbi plene. *Giach.*

*Pariter etiam Notarius.* ] Adde, † quòd ſi notarius aliquam

160 ſolemnitatem omittat, tunc conſiderandum eſt, an ipſe notarius ſit bonæ famæ, quia tũc præſumitur, errore illã omiſiſſe: ſi autem ſit malæ famæ, tunc præſumitur falſarius, & puniri debet, Bald. in l. Quoties, §. 1. ff. de hæred. inſtit. & Ferran.

161 Gargia. conſ. 125. nu. 29. vol. 1. inter conſ. crim. diuerſ. Et † an error in notario potius præſumatur, quam falſitas, latiſſimè per Maſcard. de probat. concluſ. 644. & Iaſ. in l. errore, C. de teſtam. & Socin. conſil. 277. col. 1. & 2. vide etiã Paul. de Caſtr. in cõſ. 422 viſo, & examinato ver.

162 Sed † in caſu noſtro, vol. 2. vbi dicit, non eſſe in arbitrio notarij omittere illa, quæ neceſſario ſunt ponenda vel de iure, vel de facto, uel ex

163 conſuetudine, ſicut † nec in arbitrio partium, quominus omiſſa vitiẽt; & ſi notarius omittat aliquid in inſtrumẽto, quod noceat parti, tenetur de damno, & intereſſe; & de damnis ſtatur iuramento partis, ſi notarius illud doloſè omiſit, ſed ſi culpa, intereſſe debet plenè probari, vt per Boſſ. tit. de falſis num. 68. & 75. & ſub num. 56. & 66. habetur, † quando

164 præſumatur potius erraſſe, quam dolum commiſiſſe, & ad prædicta vide etiam Alciat. in tractat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13. num. 13. in l. ſi quando num. 618. C. vnde vi. & Boer. deciſ. 37. numer. 4 qui loquuntur in teſtamento, & in omnibus inſtrumentis;

165 & † ſicut non poteſt omittere, ita etiam aliquid inſtrumento addere non poteſt ſine licentia Iudicis, alias falſum committit, latè Bertaz. in conſ. 543. per totum, & ibi addent. latiſſimè; Et

166 ſi errore † ductus addidiſſet inſtrumẽto aliquid diuerſum a prothocollo, teneretur ſaltem læſo ad intereſſe, Bart. in l. fin. num. 6. ff. de tabul. exhib. & Anguſ. conſ. 5. num. 5. lib. 1. *Baiard.*

t *Niſi in caſibus.* ] Vulpel. dict. conſ. 47. *Roſ.*

u *Adde, quod notarius conficiens, &c.* ] Adde † ad hoc vi-

167 dendum Guid. Papæ deciſ. 433. vbi dicit, quibus pœnis debeat puniri, & Alex. in conſ. 77. circa medium vol. 1. vbi † po-

168 nit indicia, per quæ poteſt deueniri ad torturam contra Notariũ imputatum de falſo. vide etiam Lud. à Peguer. in quæſt.

169 crimin. cap. 33. num. 1. vbi tenet, quod † Notarius conficiens Inſtrumentum vſurarium peccat mortaliter, infamis eſt, è teſtimonio repellitur, arte ſua priuatur, & ad reſtitutionem in

170 ſubſidium tenetur, & † de multis caſibus, in quib. Notarius inſtrumenta conficere non poteſt, habetur per Luc. de Penn. in l. 1. num. 1. C. vt nemo ad ſuum patroc. lib. 11.

171 Item † adde, ſi ſtatutum puniat notarios ſcienter contractus illicitos conficientes ad hoc, vt habeat locum, debet probari ſcientia de tali contractu illicito in notario. ita Bertaz. in conſ. 189. num. 3. volum. 1.

Item



172 Item † adde, an Notarius teneatur pęna falſi ſi incæpit falſum inſtrumentum, ſed non perfecit: hanc quæſtionem plenè diſputat Luc. de Pen. in l. ſi quis, C. vt nemo ad ſuum patro. lib. 11. colum. 2. & latè proſequitur Grammat. in deciſ. 7. & 74. vbi de actu conſũmato, & de conatu, & plura de falſitate. *Baiard.*

x *Item notarius ne-*

173 *gans.* ] Adde † quòd notario dicenti ſe prothocollum, aut originalem notã perdidiſſe non creditur, quia cum apud illum ſemel fuit, præſumitur dolus & culpa, ex quo tenebatur ad cuſtodiam, ratione ſui officij plublici, Bald. & Imol. in l. cũ ita, §. ſpecies, ff. de l. 2. Feder. de Sen. conſil. 113. incip. legitimus conſtituit. Felyn. in c. accepi

174 mus de fide Inſtrum. Nec † notario creditur, ſi cum iuramento dixerit amiſiſſe, Cephal. conſ. 170. numer. 6. Sed ſi adſunt aliæ coniecturæ, & præſumptiones cum iuramento, creditur, Bald. in l. fin. ad fin. C. de eden. Alexand. in l. ſi quis, §. fi. ff. eod. & Alciat. conſilio 18. libro ſeptimo, vbi atteſtatur de

275 communi, & ibi etiam dicit, † quòd non poteſt torqueri, quando pro eo concurrunt coniecturæ, & præſumptiones; &

276 ſi † notarius producere, ſeu oſtendere prothocollum noluerit, poterit torqueri; Curt. ſen. conſilio 55. numero 18.

377 & Bald. in rubr. C. de fid. inſtrum. Et † an notarius præſumatur rogatus, latè per Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 12. & Menoc. de præſumpt. lib. 2 præſumpt. 81. Maſcard. concl. 1097.

178 Item † adde, quòd notarius ſimiliter tenetur de falſo ſi dicat, ſe rogatum de aliquo inſtrumento, dando notulam eius parti, licèt non eſſet rogatus, Alexand. conſil. 77. numero 1. vol. 1. idem ſi dicat non recordari, quando factum eſt de re-

179 centi, Rom. ſiugul. 376. cum addit ibi. Et quando † notarius dicit, ſe non recordari, poteſt compelli ad exhibendum omnes ſuas imbreuiaturas, vt perquiratur, ſi inter eas adeſt illa imbreuiatura, Lanfranc. in cap. quoniam contra, numer. 474. de probat.

180 Item † adde, quòd notarius negans ſe rogatum fuiſſe de aliquo inſtrumento, vel illud celans, vel dicens, non ſe recordari, ſi conuincatur, vltra pænam falſi tenetur parti ad omne

181 intereſſe, Io. de Amic. in conſ. 106. & † poteſt compelli ad exibendum eius imbreniaturas, vt fiat perquiſitio ſi adeſt inſtrumentum, de quo quæritur, & ſi non reperitur, oportet probari per teſtes, quod fuit rogatus, alias non poſſet puniri de falſo, Lanfranc. de Adriano in tract. de fide inſtrum. numer. 2. in volum. tertio, tract. & non poteſt probari per præſumptiones, Mantic. de coniect. vltim. volunt. libro 2. titul. 12. in fine.

182 Item † adde, quòd notarius amittens prothocollũ, ſi non probauerit, abſque eius culpa combuſtum, ſiue deperditum,

183 debet puniri Iudicis arbitrio, Menoch. de arb. caſ. 370. & † tenetur ad omnia damna, & interreſſe partium, Franc. Marc. deciſ. Delphin. 193. Cephal, dict. conſil. 170. numer. 2. & 6. ef-

184 ficiturque † periurus, Ruin. conſ. 11. numer. 19. volu. 3. & hæc procedunt, etiamſi authenticum haberet, quia tenetur penes ſe ſeruare, & cuſtodire prothocollum, & notam originalem, Menoch. de arbitr. d. caſ. 370. num. 2. & in hac materia vide Bart. in l. ſi quis ex argentarijs, §. an verò hæredi, ff.

185 de edend. vbi multum notab. diſtinguit, & † differit, probata amiſſione, quis teneatur probare dolum, vel culpam, in quo vltimo articul. vide Gomeſ. variar. reſolut. tom. 2. cap. 3. ſub num. 22. vbi reaſſumit Bart. ſed in exemplis per eum ibi datis non conuenit cum Bart. & certè decipitur in aliquo ex exemplis, vt apud Bart. eſt videre.

186 Item † adde, ſi orta ſuſpicione falſi contra notarium appareant teſtes contradicentes Inſtrumento, & fiat inſtantia, vt notarius exhibeat matricem ſcripturam, & primam imbreuiaturam, & ipſe nolit producere, vel differrat, poterit torqueri, ſecundum Bald. in rubr. C. de fid. inſtru. Franc. Curt. conſ. 56. nu. 32. Rom. conſ. 174. col. fin. *Baiard.*

30 *Item x notarius negans ſe eſſe rogatum de inſtrumento, de quo re vera fuit rogatus, punitur pęna falſi: ita tenent communiter ſcribentes, vt dicit Curt. iun. in leg. qui accuſare, poſt numer. 12. C. de edendo. Quod intellige, niſi notarius eſſet vir bonę opinionis, & factum eſſet iam ante longo tempore ipſum inſtrumentum: nam eo caſu eſſet excuſandus: quia ex curſu longi temporis præſumitur obliuio, vt dixi infra lib. 7. §. poſſeſſio. Bene verum eſt, quòd ſi pars faceret ſtatui notario terminũ ad reſpondendum, an eſſet de eo rogatus, & negaret, dicerem illum non eſſe a pœna falſi excuſandum.*

31 *Sunt etiam y alij caſus,*

y *in quibus falſum committitur: puta, falſificando litte-*

y *Sunt etiam alij caſus.* ] Vt in eo, qui mutauit datam inſtrumenti, qui falſi pęnam incurrit, per Marc. quæſt. 637. etiamſi inſtrumentum ſit nullũ, per eundem quæſt. 671. numer. 2. & quæſt. 239. Item falſitatis author habendus eſt his, qui apoſtillauit, & interlineauit ſcripturam, non is, qui tranſumptus fecit: vide per Marc. quæſt. 702. n. 1. Adde, & Ruyn. conſ. 15. in princip. lib. 4. Item vendens rem duobus in ſolidum falſi pœna tenetur, vbi primus emptor pretium ſoluit, vel illud obtulit venditori, antequam venderet ſecundo emptori, per Alexand. conſ. 86. lib. 6. Item falſum committit dans falſam ſchedulam Notario, cap. licet, de crimin. falſ. & habetur per Alexand. conſ. 74. nu. 13. 77. & 79. in princip. vol. 1. & idem per Boſſ. tit de falſ. numer. 100. Item notarius ante aperturam propalans teſtium dicta tenetur falſi pæna, Bald. in finali, col. penult. C. de edend. & in l. argentarius, ff. eod. Item ſigillum accipiens a Domino, & aliquid aliud, quam quod ſibi Dominus commiſit, ſigillans, tanquam falſarius punitur, per Decia. conſ 175. col. 4. verſic. quinto. Item teſtis iuratus celans veritatem punitur de falſo, per Cæpol. conſ. 60. num. 56. Item falſificans librum rationum fidem non facientem, tenetur de falſo, vide per Natt. conſ. 588 Iaſon in repet. l. admonendi, col. 49. ſub num. 134. ff. de iureiur. Et quid de illo, qui falſam apocam fabricauit. ibid num. 99. Item falſi pęna punitur, qui acta apoſtillata deſcribi curauit per Mar. q. 743. numer. 3. Item falſum incurit, qui prothocollo, ſeu ſcripturæ alienæ aliquid addit, per Mar. ead. quæſtio numer. 4. Item falſum dictans, & precipiens, vt ſcribatur, falſi pęnam incurrit per Mar. q. 702. num. 2. modo ſcienter dictet rem illicitam, intellige de ſcriptura publica, at ſecus in priuata, vt per Alexand. conſ. 70. col. fin. & conſil. 74. col. fin. lib. 1. Item falſum in litteris priuatis committitur, quando tendunt in alterius præiudicium. Mar. d. quæſt. 697. numer. 4. Item inſtrumentum in ignem proijcens incidit in falſum, vel celans veritatem, vel ſubtrahendo inſtrumenta, per Boſſ. in tit. de falſis, nu. 196. Item vtens fraudulenter duplici menſura falſi pęnam incurrit Marc. quæſt. 279. Qui verò multa acta combuſſit in pernicem Reiqub. vt veritas apparere nequeat, capitali pęna punitur per Afflict. deciſ. vlt. ſub numer. 17. verſic. 2. Et nota, quod falſi crimen eſt deteſtabilius omnibus alijs criminibus. Et ideo confeſſi falſi incidenter facta nocet confitenti, licet ſecus in alijs criminibus, ex qua ideo poteſt puniri per Marſil. plenè ſingula. 581. *Giach.*

187 *Sunt etiam alij caſus.* ] Adde, † quòd pluribus modis committuntur falſitaes circa reſcripta Sedis Apoſt. quos accumulauit Hoſtienſ. in ſumma, titul. de crimine falſi, numer. 3. & in hac materia vide etiam Doctor. in cap. falſariorum eod. tit.

188 & de † cancellario ſaluum conductum Principis falſificante habetur per Port. conſilio 94. cum alijs duobus ſequent. &

189 detruncans † Bullas de litteris Papalinibus, vel de alijs litteris incidit in falſum, Bartol. in leg. Paulus in fine, ff. de falſ. &

190 † alij caſus, in quibus crimen falſi committitur, habentur per Iacobin de Santo Georg. in leg. repetita quidem, numer.

191 ſecundo, ff. de fide inſtrument. & præſertim de † eo, qui finxit ſe creditorem mercatoris falliti in præiudicium aliorũ

192 creditorum, & de † multis falſitatibus ponderum, annonæ, & ſimilium, vide Fulgoſ. conſ. 123. & Menoch. de arbitr. Iud. caſu 306. cum multis ſequent.

193 Item † adde, quòd in huiuſmodi crimine, quando falſificantur litteræ Papæ, vel Regum, multa non conſiderantur, quæ regulantur in alijs falſitatibus, vt per Afflict. in conſtitut.